CAPUT: XLVIII:

His itaque transactis, nunciatum
est Joseph quod aegrotaret pater
suus. Qui assumptis duobus filiis
Manasse et Ephraim ire
perrexit. Dictumque est seni. Ecce
filius tuus Joseph venit ad te.
Qui confortatus sedit in lectulo.
Et ingresso ad se Joseph ait. Deus
omnipotens apparuit mihi
in Luza, quae est in terra Cha-
naan: benedixitque mihi et ait. Ego
te augebo et multiplicabo. Et
faciam te in turbas popu-
lorum. Daboque tibi terram
hanc: et semini tuo post te
in possessionem sempiternam.
Duo ergo filii tui qui nati sunt tibi
in terra Aegypti antequam huc venirem
ad te mei erunt Effraim